



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

108. An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie? Et cursissimè docetur quod incestus cum noverca, si pater vivat, habet malitiam specie dictinctam, ac haberet , si pater obiisset, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Circumstantiis aggrau. Ref. CVII &c. 397

peccatorum ad eam speciem reducitur, cuius est illud peccatum de quo est iactantia, virtus enim contraria non tantum peccatum contrarium, sed etiam delectationes mortales, & iactantiam, qua id peccatum tanquam bonum approbat, cohibet. Et ita docet Candidus tom. 2. disp. 2. art. 22. dub. 3. i. Satis quidem probabiliter, Sed etiam probabiliter me citato contrarium tenet Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. qna. 12. & me etiam citato Pellizarius, vbi supra; quia tota malitia quae est in peccato iactantie confititur in eo, quod peccatum sumitur, ut medium ad captandum ex ipso gloriam, & laudem; ad hoc autem per accidens se habet quod sit hoc, vel illud peccatum; vnde sit, vt sicut peccata, quibus violatur voluntas, semper sint eiusdem speciei (cum solum attendatur irreverentia Deo irrogata in violatione voti) sic gloriose de peccato semper sit eiusdem speciei, cum hic item attendatur solum irreverentia facta Deo quatenus ex eius offensa intendit quis consequi honorem, & gloriam.

4. Nota etiam, itando in opinione Patris Candidi, si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficeret dicere, toties peccavi, laudem, & gloriam quarendo de peccatis mortalibus, licet non specifcentur illa peccata mortalia, quae forte non fecit, vel alias quis confessus est: quia tunc non esset iactantia peculiaris aliquius turpidinii, sed in genere ut sic peccatorum mortaliuum.

5. Nota insuper hic obiter cum dicto Candidi, vbi supra, art. 23. dub. 24. quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimerre duo peccata nefaria: nam nulla affinitas ostendit ex actu praepostero, & extra vas debitum. Item si sodomia commissa est cum persona cognata cognitione spirituali, vel legali, non est necessarium explicanda circumstantia cognitionis: vt si quis congreffis est cum persona a se baptizata: vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescenti sibi in filium adoptatus quia nulla est lex specialis, quae eos coitus prohibeat, prater legem naturalem in genere prohibente Sodomiticum peccatum.

## RESOL. CVII.

*An qui commisit incestum cum matre, vel filia, aut forore debet explicare circumstantiam personae sibi iuncta sanguine, vel affinitatis naturali, vel legali, aut spirituali, an satis sit dicere, polluit me peccato incestus duabus vicibus, &c? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 3. i.*

§. 1. R Esondeo, quod aliqui tenent, incestum esse diversae speciei, non solum in linea consanguinitatis, & affinitatis descendantium, & ascendientium; sed etiam in gradibus singulis utriusque linea, ita ut quot sunt gradus consanguinitatis, & affinitatis, tot sint species distinctae incestus: & le. undam hanc opinionem dicunt circumstantiam personae sibi coniunctae esse necessarium explicandam, quia mutat speciem. Et ideo, qui filiam, vel fororenem sororis, vel neptem cognovit, non sufficeret dicendo: Peccavi cum affine, vel consanguinea, vel cum una affinitate, vel descendenti: sed deberet dicere, cum filia vel nepte, vel forore vxoris, &c. Quinimodo, si quis peccasset cum matre, non satisficeret dicendo:

2. Verum, iuxta opinionem D. Thom. 2. 2. q. 1. 34. & Caietan. ibid. quia incestus inter consanguineos, & affines, non differunt species in genere moris, & in iudicio sacramentali, sufficit, vt ille, qui cum forore

peccavit, dicat: Commisi incestum semel, vel bis, non explicando personam sibi coniunctam. Et quamvis grauior sit incestus cum filia, vel matre, quam cum forore, vel nepte, vel consobrina vxoris: tamen, quia ista grauitas auger malitiam intra eandem speciem, non est necessaria confitenda. Et haec opinio D. Thomas magis placet, quam probabilem vocat Filliuc. in quaq. mor. tom. 2. tract. 20. cap. 5. n. 9. 7.

3. Dicendum est igitur cum Nugno in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. diversitatem graduum non facere diuersitatem specificam in incestu; sed esse circumstantias aggrauantem, quam ego probabiliter puto non esse in confessione necessarium explicandam. Et ita in terminis docet Gypius tr. de cas. ref. c. 8. n. 5. & ex nostris P. Megala in 1. p. lib. 5 cap. 12. n. 9. & alij. Circa praesentem questione vide Azor. p. 5. lib. 3. c. 9. q. 1. Bonac. de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. n. 9. Vasquez in 3. p. 10. 4. quæst. 9. art. 1. dub. 4. n. 18. Valentian. 10. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1. Suarez in 3. par. 10. 4. disp. 2. 2. sect. 3. n. 7. Coninch de Sacr. disp. 7. dub. 3. n. 13. & 2. 1. Sayru in clavi regia, lib. 8. c. 5. n. 5. Rodriguez in summ. to. 1. cap. 207. n. 3. Lessium lib. 4. c. 3. dub. 11. n. 79. Reginaldum in praxi. to. 2. lib. 22. cap. 2. sect. 5. n. 27. Nauarum cap. 16. n. 3. Petrum Leclina in summ. tom. 1. de Sacr. penitent. cap. 19. concl. 4. sol. mih. 3. 27. Henriquez lib. 5. cap. 8. n. 1. Sotum in 4. disp. 18. quæst. 2. art. 4. concl. 8. & disp. 40. quæst. unica art. 4. Llamas in 3. p. Methodi, cap. 8. §. 19. & alios. Vide, quæ addidi in hanc Resolutionem in terra huius Operis Paire, Tract. 4. de Sacram.

\* Ref. 67.

\* Quæ hic  
est infra Ref.  
165. §. In Ref.  
31.

## RESOL. CVIII.

*An incestus cum matre, & incestus cum filia differentia speciei?*

*Et cur siSSime debeat, quod incestus cum nouerca, si Pater vivat, habet malitiam specie distinctam, ac habebet, si Pater obiisset, etiam si nouerca virum alium duxerit. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 21.*

§. 1. A fficiatius respondet Eminentissimus Hugo de penitent. disp. 16. sect. 6. n. 3. 14. quia diversa malitia est in filio, quando peccat cum matre contra reverentiam sanguini debitam, ac in patre, quando peccat cum filia.

2. Sed negatiuam sententiam docet Pater Ouidio in p. 2. D. Toome, tract. 6. contr. 5. punct. 3. §. 11. num. 76. Firmat enim eiusdem malitiis peccare patrem peccantem cum filia, & filiam peccantem cum patre, quia eti diversa malitia possit desumiri ex reverentia, quam filia debet patri, ab ea, quæ sumitur ex circumstantia paternitatis, quatenus præcisè tenet ex parte patris, utramque tamen contrahunt tam pater, quam filia, quia vitaque inheret eidem fornicationi, ad quam pater, & filia indissimiliter concorrrunt. Cum autem ciuidem speciei sit malitia filie fornicantis cum patre, & filii fornicantis cum matre, sit patrem fornicantem cum filia, quia in causa est, ut filia cum ipso fornicetur, contrahere malitiam desumptam ex fornicatione filiae cum patre eiusdem omnino speciei cum malitia desumpta ex fornicatione filii fornicantis cum matre. ac proinde tam patrem fornicantem cum filia, & filiam fornicantem cum patre contrahere malitias eiusdem omnino speciei. Iuxta hanc doctrinam, sufficit in confessione explicare fornicationem habitam cum consanguinea intra primum gradum lineæ rectæ, quin explicitur an fuerit cum matre, vel cum filia. Deinde, quia probabile est, intra lineam rectam consanguinitatis incestus omnes esse eiusdem speciei, sufficit dicere in confessione

Sup. hoc in  
Ref. piaeri-  
ta, & in om-  
nibus aliis  
cius prime  
not.

# 398 Tractatus Septimus.

commisi fornicationes cum consanguinea intra linneam rectam. Hæc omnia Oviedo; cuius sententia, tanquam probabili ego adhaero: non nego tamē sententiam Lugo esse probabilem, qui quidem num. 3 i. optimè docet, quod incestus cum nouera si pater vivat, habet malitiam specie distinctam, ac haberet si pater obiisse, etiam si nouera virum alium duxerit.

## RESOL. CIX.

*An qui habuit rem cum matre, vel sorore, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?*  
*Ei an omnes gradus consanguinitatis specie distinguuntur à gradibus affinitatis?*  
*Ei notaueris diverso modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando; & hoc etiam intelligendum est etiam in sacrilegiis, v. g. diverso modo violari Religio fornicandorum virginem sacra Deo, quam perentendo illam, &c. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 6. 3.*

Sap. hoc sap.  
in Ref. 107 &  
in omnibus  
aliis eius pri-  
narum annor.

**S. I.** Afirmatio è responderet Fagundez in decal. tom. 1. lib. 6. c. 6. num. 25. vbi sic ait? Primo eos, qui committunt incestum in primo consanguinitatis gradu velut cum matre, aut cum sorore, aut cum filia, aut filius cum matre, teneri hanc circumstantiam primi gradus consanguinitatis in utraque linea recta, & transuersa in confessione explicare, quia est peccatum distinctum specie à reliquo omnibus gradibus, & non sufficit dicere; commisi incestum in gradu prohibito; sed opus est declarare, in primo gradu consanguinitatis; imo non sufficit dicere; commisi incestum in primo gradu consanguinitatis, sed opus est explicare linea, in qua commissus fuit, rectam, vel transuersam; quia licet primus gradus consanguinitatis non distinguatur specie, si sit linea recta, à primo gradu consanguinitatis linea transuersa; habet tamen primus gradus consanguinitatis linea recta speciale deformitatem quæ notabiliter aggrauat peccatum: circumstantie autem notabiliter aggrauantes sunt de necessitate confessionis: nam parentes debent filii bonam educationem, morum informacionem, ac disciplinam, & filij parentibus naturalem subiectiōnem, & reverentiam, & haec ad iniuciem violantur, si ad iniuciem commiscantur; deinde frater debet sorori, & soror frati naturale quandam ac mutua fidelitatem, quæ etiam contra omne ius naturæ violatur ad iniuciem, si ad iniuciem nefarie copulerint, quare opus est etiam explicare primum hunc gradum consanguinitatis linea transuersa, dicendo; peccavi in primo gradu consanguinitatis linea transuersa.

**S. II.** Et rursus cum omnes gradus consanguinitatis specie distinguuntur à gradibus affinitatis, opus est etiam declarare sine incestus commissus in specie affinitatis, vel consanguinitatis. Deinde licet omnes post seq. 5. Nota etiam.

Ref. seq. pro-  
pe fine, verf,  
plus addens.  
& in Ref. 1.  
post seq. 5.

Notas etiam.

Et rursus cum omnes gradus consanguinitatis specie distinguuntur à gradibus affinitatis, opus est etiam declarare sine incestus commissus in specie affinitatis, vel consanguinitatis. Deinde licet omnes huiusmodi consanguinitatis gradus (excepto primo) tam linea recta, quam transuersa qui à reliquo specie distinguuntur, non distinguuntur specie, si inter se comparentur, habent tamen circumstantias notabiliter aggrauantes, & minuentes, quæ necessario sunt explicandas: nam quamvis omnes consanguinitatis gradus linea recta sint contra eandem virtutem pietatis, & reverentia, quam iure naturali filii, & filia parentibus, apud, & prolaus debent: & licet etiam omnes gradus linea transuersa sint contra eandem virtutem fidelitatis, & custodiæ quæ fratres in sorores, & sorores in fratres altinguntur, tamen hæc pietas & reverentia gradū linea recta, & hæc fidelitas graduum linea transuersa, est maior, aut minor,

prout propinquiori, aut remotiori gradu continguntur; & sic quo propinquior est gradus in utraque linea, eo grauior est circumstantia, & magis aggravans: quare tenetur etiam incestuosus in confessione explicare gradum consanguinitatis, in quo incestum commisit, dicendo; peccavi in primo, secundo, tertio, vel quarto gradu consanguinitatis linea recta, vel transuersa, vt patet. Et idem cum proportione quadam dicendum est de gradibus affinitatis. Ita Fagundez, & ali.

**3.** Verum hanc sententiam quoad primam patem, non verò quoad aliam sustinet etiam Card. Lugo deponit, disp. 16. sett. 3. n. 145. vbi sic ait; Septimò obli- ci solet, quia in incestu explicari debet gradus consanguinitatis, & affinitatis, licet non afferant in gradus diversitatem specificam: ergo solum debent explicari propter maiorem gravitatem intra eandem speciem.

**4.** Respondet, si incestus non sint specie diversi ex gradibus diversitate non esse gradus in confessione explicandos, de quo latius infra sett. 6. An vero sint specie diversi est magna quaestio, de qua Valquez in presenti, dub. 4. a. n. 11. & mihi probabile est differre specie coitum cum parentibus ab aliis omnibus propter speciale deformitatem, quæ oritur ex speciali reverentia parentibus debita, quæ non debetur aliis consanguineis. Probabile etiam videatur differre specie coitum cum fratre, aut sorore ab aliis, quia probabilitus est hunc esse iure naturæ interdictum, vt cum communis probat latè Th. Sanch. de matrimonio disput. § 2. num. 1. & hoc quidem propter speciale deformitatem, quæ est in illa continuo, eo quod fratres ab incurabilis coniunctio, & simili nutriti nimis proclives essent ad coitum, nisi naturæ fræno cohiberentur ob illam nimis coniunctionem. In reliquo autem gradibus probabilitis transversalibus consanguinitatis non videatur esse differentia specifica, sed grautas maior, vel minor non necessario explicanda, prout ipsi etiam Authoræ contraria sententia concedunt, tertium vel quartum, non esse necessario explicandum, imo aliqui idem dicunt de secundo, eo quod non aggrauet notabiliter. De gradibus vero affinitatis probabile est primum gradum linea recte differe specie ab aliis, eo quod habeat speciale quemadmodum deformitatem, propter reverentiam quasi parentum debitam uxori patris, vel marito matris. De aliis vero gradibus transversalibus verius videatur non esse explicandos in particulari, quia non addunt diversitatem specificam. Scio aliquos concedere nullum profus gradum consanguinitatis, vel affinitatis esse necessariò explicandum, sed solam malitiam incestus, etiam si cum filia vel sorore, quam sententiam post alias sequitur Diana in tract. circumstantias aggravantibus refutat. 31. vbi alios refert. Hæcvsque Lugo; coi adde Dicastil. ubi infra, & Leand. de Sacrament. tom. 1. tract. 5. dispu. 8. 4. q. 36. Sed licet supradictæ opinions sint probables, ego tamen non recedo à sententia negativa quam olim docui, nempe in his casibus non esse explicandos gradus consanguinitatis, & affinitatis, etiam si effet primus, & præter aliis à me adductos, hanc sententiam sequuntur sunt me citato Iohannes de Soria in epilogo Summarum part. 2. tract. 1. sett. 1. dispu. 6. q. 9. numero 6. & me citato Henr. in q. Select. sett. 8. q. 1. 4. num. 3. & me citato Martin de San Ioseph in Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tom. 20. de Pant. n. 20. & me citato Mazuchellus de cas. seru. dispu. 2 cap. 4. diff. 5. n. 28. Vnde nouissime me citato hanc sententiam tanquam probabilem adiungit Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 2. dub. 6. n. 5. & me citato Dicastil. de Sacr. 10. 2. tr. 8. dispu. 9. dub. 6.